tanq̃ Leo rugiens, circuinit, quæ-
rens quem devoret. Non muſca
comparatur hoſtis noſter ſed Leo-
ni, qui & corporis robore & animis
magnitudine armatus eſt, qui
nominatur à Christo Princeps
mundi, et à Paulo κοσμοκράτωρ
Item: Poteſtas quæ in äere domi-
natur. Eph: 2: Et in historia Iob:
cap. 41 dicitur. Non eſt ſuper
terram poteſtas, quæ compare-
tur ei, qui factus eſt, ut nullum
timeat. Hanc potentiam nec
levem nec infirmam, longè ſu-
perat immanitas odij ipſius
adverſus Christum et Ecclam.
Erit